14 ~~Apr~~. Febr. 1551.

Ego Gaspar Hannouius Canonicus Warmien confessum et notu esse volo meo
isto chyrographo qum superioribus annis a bo: me: Joanne Epo Warmien
auunculo meo ad caussam contra Alexandru Sculteti procurandā missus
et ipa caussa mihi ibidem ab eodem Joanne Epo Warmien comissa fu-
set, atq eiusdem caussæ procuratore et sollicitatore noue ferme anni
egissem magnā in hoc pecunia vt facile quilibet existimare pote
erogare coactus sum. Quam ex comissione dicti dni Joannis Ep
partim a dnis Fuggaris suis eorum Romæ Factoribus, partim a R
dno Olao Magno Archiepo Vpsalen ibidem in vrbe mutuo acce
Et quamquam huiusmodi mutuo accepta pecunia ipse olim Joannes Epus p
uere debuisset, ac maiore etiā eius partem ipsis dnis Fuggaris in
persoluisset, residuumque in nundinis Thoronensibus tunc proxim
iisdem dnis Fuggaris, ac totu etiā debitum ipsi Rmo dno Archiepo
Vpsalen persoluere decreuisset, tamē morte præuentus hoc adimplere no
potuit. Quoniā ergo idem dns Joannes Epus decedens ipsis dnis
Fuggaris in ducentis et decem florenis triginta grossos in florenu
computando, ac dicto dno Archiepo Vpsalen in ducentis et decem
aureis Coronatis qui faciunt centu nonaginta Ducatos Hungari-
cos debitor remansit, atq ideo successor illius pię me: Tidemannus
Epus Warmien hanc restante debitorum sūmā soluere debuerat
et ad hoc obligatus fuerat in articulis iuratis, sed tamē citius etiam
quam soluisset morte obierat. Ven.lis dns Achatius a Trenka decanus
et Epalium bonorum sede vacante generalis Administrator ex comissio-
ne Ven.lis Capli Warmien de pecuniis Epalibus huiusmodi ducentos dece
florenos quos dnis Fuggaris, et centu nonaginta ducatos Hunga-
ricos quos ipsi Rmo dno Archiepo Vpsalen soluere atq dare mihi in
manus tradidit, et numerauit. Quapropter hanc omnē pecuniā
in custodia, et potestate mea realiter accepta in solutione pdictoru
debitorum me conuersuru, et futuro dno Epo Warmien si rationē
de ea habere voluerit me redditurū bona fide promitto. In quoru
oim testimoniu, et robur veritatis presens chyrographu manu propria
scripsi et subscripsi signoq meo subimpresso muniui. Warmiæ 14
Februarij anno millesimoquingentesimoquinquagesimo primo.

Ita est Gaspar Hannouius
qui supra manu ppria sst.

Harmonii.

Cautio Gaspari Harmonij de con
tractis debitis Romae n.°

23v